CONSULTATIO MEDICA
DE

VOMICA
PULMONIS
CUM
VISCERIBUS
DEBILITATIS

QUAM
DEO T.O.M. PRÆSIDE
JUBENTIBUS SUPERIORIBUS
PRO
DOCTORATU MEDICO
LEGITIME CONSEQUENDO
AD D. XXI. OCTOBR. A. M. DC. LXXVIII.
L. H. Q. S.
ERUDITIS AD DISPUTANDUM
EXPONIT

OH. JACOBUS WETSTENIUS
A. L. M.
BASILIENSIS.

BASILEÆ
LITERIS JACOBI BERTSCHII.

DEO
PATRIÆ
PARENTIBUS
PRÆCEPTORIBUS
FAUTORIBUS
AMICIS
S.



CASVS

[P]ropositus An. M. DC. LXXVII. die 22. Nov. in Coll. V. Venerandi atque Spectatissimi D. D. JOH. CASPARI BAVHINI.



Irgo annos nata XXII. nigris oculis atq; flavente crine decora, benè carnosa, benè habita, colore faciei roseo, pulsu magno & forti, venisq; optimè conspicuis, ante mensem circiter nimiis saltationibus [pl]us æquo excalefacta, post unum atq; alterum frigidioris [aq]uæ cyathum, nonnihil sanguinis expuere cœpit; ad vivendi rationem ordinariam redux, vitam vixit sedentariam, [at]q; ob inordinatum euchyma assumendi modum inordina[ta]m. Dum heri cum aliis extra urbem obambulâsset, domum [pr]operans atq; nonnihil difficiliùs respirans, tussi rejecit glo[bu]lum, piso mediocri majorem: ex quo cùm ferè obstupuisset, [eu]m conterere in animo habuit, is verò ruptus liquorem al[bic]antem de se emittebat, qui nares longè graviùs ac ovum pu[tri]dum feriebat. Cubitum ituræ supervenit dolor capitis, [gr]avitas lumborum, nausea, facies defœdatur, crassus linguæ [e]nascitur lentor, urina est tenuis alba, pulsus celerior pau[cus] & languidus: mensium loco, qui ante biduum prodire de[bu]issent, nil nisi paucus fæculentus atq; lutosus effluxit hu[mo]r; alvus in officio fungendo summè negligens existit. Agna[tis] de ægrâ sollicitis, Medicas implorantibus manus, pro vi[rib]us succurrendum.

 ANALY-



ANALYSIS.

I.



Nihil infirmius, nihil in terris Homine esse mi-serius, elegantissimè Mæonii carminis Vate nobis ostendit:

Ουδὲν ἀκιδνότερον γαῖα τρέφει ἀνθρώποιο
Πάντων, ὅσσά τε γαῖαν ἔπι πνείει καὶ ἕρπει.

Nemo etenim æquam meminit rebus in ardui servare mentem; multoque minùs in boni ab insolenti temperatam lætitiâ. Valeat homo fortunâ dul ebrius, quàm minanti ferire sidera vertice, quàm promptu Baccho atque Veneri aliisque celebrare sacra conetur, quàr præceps per mala ferri uti pulvis collectus turbine, brevissim senties. Decumbat, quàm invito id ferat animo, proximè ex perieris: ita ut in utramque partem benè præparatum pectu vix, imò ne vix quidem, reperire contingat, unde ita vita e hominum, quasi cùm ludas tesseris: si illud, quod est maxum opus jactu non cadit; illud, quod cecidit fortè, id arte ut corr gas, necesse erit: Quare ut, bono cum Deo, malam præsentis a græ sortem corrigam, quod Medici est promitto.

II.

Dum considero constitutionem ipsius naturalem, calic humida atque adeò humanæ naturæ convenientissima, ex capi lis, pulsu, venis, habitu corporis atque colore, & vitâ actâ, ill deprehenditur.

III.

Ut autem non semper idem floribus est honos vernis, celsæ graviore casu decidunt turres, eò quòd

--- --- *Θεὸς ἄλλοτ' ἐπ' ἄλλῳ*
--- *ἀγαθόν τε κακόν τε διδοῖ.*

Ita & in optimo statu constitutus homo, ni teneat quod hab

quan

quanto poteſt opere, tanto majorem rerum ſuarum faciet jacturam, quanto magis præ aliis excellit. Id quod ægra nobis propoſita, quà naturâ, quà fortunâ feliciſſimè exornata, pedes morem in Saliûm haud requieſcere ſinens, ſitim exæſtuato corpore frigidæ, procul dubio, avidiore hauſtu pellens, abundè teſtatur: quæ auream ſpernens mediocritatem, ſpiramenta animæ graviter rupit, quod fontem atque vitæ noſtræ officinam in opere ſuo præpedivit; atque haud perpendens, victus tenuis quæ quantaque ſecum afferat, & variæ res ut homini noceant, ſtomachoque tumultum ut lenta ferat pituita, ſecum non reputans, malum tandem & in mentem reliquumque corpus ut irreperet, perfecit.

IV.

Prior, de quo nobis res eſt, affectus pulmonum, *Vomica* Medicis appellari conſuevit; quæ tamen nobis non, ut *Plauto* crumenam nummis refertam, ſed *abſceſſum pulmonum ex ſanguine extra vaſa proſiliente, in pulmonis aliquâ parte latente, paulatim in pus converſo; quo in extremis craſſeſcente, tunica id inveſtiens efformatur*, ſignificat; taliſque quòd ſit, reſpiratio læſa, cum globulo ab ægrâ tuſſi rejecto, certiſſimè oſtendit.

V.

Poſterior, eſt chylificationi atque ſanguificationi dicatarum partium, imi potiſſimùm ventris frigida humida intemperies atque obſtructio; dum nulla earum officio ſuo benè fungitur: quæ præter dictam cephalalgiam, cum affectu præcedenti, febriculam continuam lentam texunt.

VI.

In priori, ſeſe nobis offert intemperies calida ſicca, atque obſtructio, cum continui ſolutione; quæ à causâ, ex quâ proficiſcuntur, ſanguine videlicet, ex pede lato choris fervente, frigidæ hauſtu extravaſato, partim rejecto, partim naturâ duce in pus converſo, ſuâque tunicâ obvoluto, atque ita juxta *Aph. VI.* 41. latente; qui poſt egreſſum ex vaſe hæmagogo ſeſe inſinuavit in pulmones, ubi dubio procul tenella adiacentia vaſa comprimendo, eos in confectione atque diſtributione ſanguinis adjuvandâ impedivit, innoteſcunt.

VII.

In posteriori, intemperies frigida humida partium in im ventre habitantium, ventriculi inprimis, hepatis, uteri, lienis intestinorum: obstructio pancreatis atque venarum meseraicarum, ab humoribus crassis, crudis, qui in omnibus, primis præcipuè viis hærentes, partes intemperie suâ debilitando, crassitie obstruendo, atque lentore gravando, ægræ appetitum dejiciunt, faciem defœdant, capitis & lumborum dolores creant, nauseam pariunt, linguam lentore obducunt, cæteraque superiùs enumerata proferunt; dum per massam sanguineam aliasque vias patentes, materia ex otio, inordinato victu & sanguificatione læsâ producta, reliquo corpori communicatur.

VIII.

Hancce tamen materiam frigidam crassam putredinem moliri, atque tum per proprias, tum alterius affectus exhalationes febriculam texere, nullus dubito; siquidem & struendæ, causæ sint sufficientes, & struentis signa aperta, ex quibus pulsus celerior non postremum.

IX.

Ex dictis colligere haud difficile erit, globulum tussi rejectum à vi expultrice motu excitatâ, ipsâ etiam materiâ morbificâ stimulante: appetitum dejectum à ventriculo lento humore obducto, nullum acidi stimulum percipiente: dolere caput à crudis humoribus tetrisque exhalationibus receptis: gravari lumbos à partibus intus gravatis atque obstructis: lentorem obnasci linguæ, tam à vaporibus ex ventriculo quàm crassiore pituitâ ex glandulis salivalibus, salivæ tenuioris loco prodeuntibus: faciem defœdari, tum ex defectu boni alimenti, tum quòd reliquo corpori dolenti condoleat: urinam tenuem albam alvumque adstrictam ex bilis penuriâ & cruditatibus: menses paucos fœculentos atque lutosos, à tetrâ materiâ circa uterum collectâ à facultatibus debilitatis, à masâ sanguineâ, ob sanguinis confectionem læsam depravatâ: pulsum citari ex usu aucto propter exhalationes partium vicinarum, atque incendia, quæ ex putredine oriri incipiunt.

X. Quo-

X.

Quoniam verò iſtuc eſt ſapere, non quod ante pedes modò eſt, videre, ſed etiam futura proſpicere; ne fallacia alia aliam trudat, cùm ruere illa non poſſint, quin univerſa corporis machina eodem labefactata motu concidat; ſapientis erit Medici, cognito affectu, non quid ipſe velit, ſed quid Lex atque medendi methodus cogitat, cogitare: (ſiquidem mens & animus & conſilium & ſententia poſita eſt in lege; non tamen eâ, quam L. Flaccus de Syllâ tulit: ut omnia, quæcunque ille feciſſet, eſſent rata: ſed eâ quæ ex verâ ratione atque experientiâ proficiſcitur:) atque ægram, ut os ab ore jejunæ canis, ex faucibus fati eripere; neque, quantum ex arte valet, permittere, ut vel *Phthiſis*, vel *Hectica*, vel ejusmodi alia, illam ſibi inemori faciant, aut horæ momento cita mors veniat.

X I.

His perpenſis, quanto potiori jure Natura & Ars; ut Medicus videret, ne homo ex morbis vitæ jacturam faceret, decreviſſe credenda eſt, quàm decrevit quondam Senatus, ut L. Opimius Conſul videret, ne quid Reſp. detrimenti caperet? Quare juvabit, & melli erit, rem omnem in vado collocare, ſuperiùs enumeratas intemperies corrigere, obſtructa ſolvere, ſoluta unire, tenacia abſtergere, craſſa incidere, inutilia ejicere, vires roborare; perpendendo, Naturam hîc non valere juſto ſecernere iniquum; utpote quæ miſcet bona malis, fugienda petendis: quare ne opus ipſi permittatur, ſedulò cavendum.

XII.

Omnia iſta perficere facile erit, rectâ ratione vivendi, atque prout decet præſcriptis remediis Chirurgicis, & medicamentis: quorum nomine *Juriſconſultis* l. 236. ff. de V. S. malè ipſa quoque *venena* veniunt, licet *Auguſtinus l. de Civ. D.* XXII. c. 12. in pluribus morbis ipſa etiam medicamenta *tormenta* vocet.

XIII.

Nil ergo, niſi ut operi ipſi manum admoveamus, reſtat, atque ægra Medico de reſtituendâ ſanitate ſollicito, obtemperet; neque ignaviam ſuam parietum cuſtodiis tegat: quia niſi ipſa agat, ſanitas ipſi non deferetur, ut iis, qui apud Romanos

nos Nobili genere nati erant, omnia beneficia P.R. dormien-
tibus deferebantur.

XIV.

Quare primò omnium admittat alvo solvendæ clysm[a]
sequens:

℞. *rad. 5. aper.*
cal. arom. ā. ℥iij.
herb. alth.
pariet.
violar. ā. mj.
S. 4. cal. maj. ā. ℥ß.
fl. camom.
salv.
melil. ā. pj.
Coq. in aq. s. q. in colat. ℔j. *diß.*
mell. mercur. ℥j.
anth. ℥ß.

F. Clysma, tribus à pastu horis injiciendum.

De Eclegmate pneumonico sequenti singulis diebus aliquoties, præcipuè verò accedente atq; abeunte sole (nî alia obstaculo sint) ex cochleari lambendo sumat:

℞. *Looch. sani & exp.*
d. pulm. vulp. ā. ℥j.
fl. salis. ammon. gr. vij.
mucil. s. cydon. ex aq. scab. ℥iij.
Syr. de symph.
de jujub. ā. q. s.
M. F. Linctus. d. ad p.

XV.

Sequenti die exhibeatur tempore vespertino Julepus sequens, vi *Aph.* II. 9. Τὰ σώματα χρὴ, ὅκου ἄν τις βούληται καθαί[ρειν], εὔροα ποιέειν.

℞. *aq. Scabios.*
meliß.
Syr. conserv. cort. citr. ā. ℥j.
M. d. ad V.

Postea purgetur juxta *Aph.* V. 36. Γυναικὶ τὰ καταμήνια ἄχροα, κα[ὶ]
μ[...]

κατὰ τὰ αὐτὰ αἰεὶ γινόμενα, καθάρσιος δεῖσθαι σημαίνει.

re fiat potio sequens:

℞. *fol.s.d.m.* ℥iß.
rh.el. ℥j.
agar.r.troch. ℈j.
s.anis. ℥j.
sal.tart. ℈ß.

n aq.s.q.stent p.n.in l.t.m.f.ebull.lev.collat. ℥iijß.*add.*
rad.jal.resin.r.pulv.gr. vj.
syr.ros.sol.comp.cum.rb.s.& ag. ℥iij.

otio manè jejuno stomacho sumenda cum decenti custodiâ.
itâ purgatione.

℞. *spec.d.* N.M. ℈ß.
pulv.cinam,gr. vj.
sach.alb. ℈j.

F.pulv.cum pane tosto aq. & vin.ā.q.s.immerso sumendus.

XVI.

Posterâ luce ortâ, à somno tribus circiter horis finito, se-
ur saphena malleoli dextri, atque sanguis ad ℥iv. vel v. ex-
atur.

His feliciter peractis, si ægra par sit, præmisso præparante,
aticum dosi eâdem reiteratum magno ipsi præsidio fore
o.

XVII.

His demum succedat usus matutinus lactis, cujus poculum
gulis diebus jejunæ exhibeatur postquam *herb. tussilag. & fl.*
l.ā. pij. incocti fuerint; Ἁρμόζει γὰρ τοῖσι φθινώδεσι μὴ λίην
ῶ πυρέσσουσιν διδόναι γάλα, καὶ ἐν πυρετοῖσι μακροῖσι καὶ βληχροῖσι.
V. 64.

XVIII.

Quòd si supremus corporis venter admodum doleat, sibique
ilium postulet (quod tamen inferioribus repurgatis vix fu-
im) adhibeantur ipsi frictiones calidæ atque sacculus seq.

℞. *ir.flor.*
cal.arom.ā. ℥j.
fol.majoran.
salv.
beton.ā. mß.

fl.sta-

fl.stæchad.arab.
*lil.convall.ā.*pj.
Incis & parùm contuſ.d.ad ch.pro Cucuphâ.
Pro robore ℞.*conſ.roſ.rub.*
viol.ā.℥ß.
*acetoſ.*ʒiij.
*cond.rad.acori.*ʒiiß.
*N.M.*ʒij.
*cort.citr.*ʒiß.
ſyr.tuſsilag.
pæon.ā.q.ſ.
F. Mixt. ad. F. Op. d. ad. oll. de quâ ſæpiùs ſumatur magnit. N.M.

Atque hæc videntur eſſe medicamenta, quibus omnes præſentium malorum vires ita frangi poſſe arbitror, ut dies adimat ægritudinem ægræ.

XIX.

Cæterùm ſe habeat ægra in *aëre*, ſive naturâ ſive arte temperato: ex *cibis* adhibeat qualia laſſum reficiunt ſtomachum non quæ craſſum aut paucum præbent ſuccum, ſed quæ coctu atque digeſtu facilia corpus plurimùm nutriunt; vitet ferculorum varietatem & juſculis pullorum per cardiaca alteratis paſcatur: conſideret, quòd cœna brevis juvet, non tribus urſis quod ſatis eſſet; obſequium ventris pernicioſius quòd ſit, quia tergo plectimur. *Pocula* vini, ne prætereunte lymphâ quidem reſtincta conceduntur; etiamſi

--- --- Μένος μέγα οἴνος ἀέξει.

ſed paretur decoctum ſequens:

℞. *Rad. liquir. raſ.*
C.C. *raſ.ā.*ʒij.
herb. ſcab.
tuſsil. ā. Mß.
fl. Symph.
roſ.rubr.
*bugl. ā.*pjß.
S. aniſ.
*fœnic.ā.*ʒj.
Coq. in aq. ℔x. pro potu ordinario.

Mo-

Motus matutinus & vespertinus moderatus, si à viribus concedatur, summè conveniet. *Nox* præ cæteris sit quieta & tranquilla: caveat ægra ne somnos abrumpat cura salubreis. *Excreta* omnia decenter prodeant; alvi præcipuè nimia ne sinit, in ipsis etiam purgationibus studendum, juxta illud *Tralliani* l. VII. c. 2. de pulm. aff. ἐπὶ γὰρ τῶν πλείστων διαθέσεων χαλεπὴν τὴν γαστέρα ῥοϊματίζεσθαι. *Affectus animi* sint tranquilli: & si forsan ægra præ mœrore dejiciat vultum, & demissâ voce loquatur, verbis additus animus ipsi præsidio futurus est: siquidem

Multa salus ægri multam sperare salutem.

XX.

Hæc si remedia sano rationis ductu præscripta admiserit ægra, hanc si salutis viam certo pede calcaverit, Deo duce, ac gressum fortunante, exoptatum Hygiéæ fanum tempore proximè venturo attinget, ut ibidem Servatori, pro salute reparatâ, durâque morbi inclementiâ expugnatâ, pia consecret vota.

Ὄλβια πάντα πόροι Θεὸς ἄμβροτος ἐνὶ ὀλύμπῳ,
Οἷο μένει δόξη καὶ κλέος ἀϊδίως.



COROLLARIA.

Numerus denarius partium similarium insufficiens est.

Pili & humor chrystallinus oculorum sunt partes corporis.

Qui sanguinis fluxum atq; refluxum continuum negant, contra rationem atq; experientiam id agunt.

Concoctio in fundo ventriculi non meliùs fit quàm alibi.

[R]ectè B. Augustinus *nonnullam Anatomicorum diligentiam crudelem vocat.*

[Nullu]m ne excrementum est inutile.

EPI-

EPIGRAMMA

Ad Fratrem

S. Medicinæ Candidatum.

Πολλὰ μόγησε πάλαι πόδας ὠκὺς, δῖος Ἀχιλλεὺς,
　Ἕκτορα ὡς κλείνῃ κ' Ἴλιον εὐρὺ ἔχῃ·
Οὐ γὰρ ἄνευ μεγάλου ἱδρῶτος τόσσα τελέσσαι
　Ἔργματα ἔξεστιν, δύσκολα καλὰ πέλει.
Ἀντιπάλους μὲν ἔχεις ἄλλους, ἀτὰρ οὐκ ἀλαπαδνούς,
　Νούσων παντοδαπῶν αἴσιμ' Ἀδελφὲ γένη.
Ἐχθροὺς φρεσὶ μάεις τούτους πινυτῇσι δαμάσδειν,
　Ὄφρα Ἀπόλλωνος φέρτατα ἆθλα ἔχῃς.
Βάσκ' ἴθι, θαρσήσας ῥα Θεοῖο ἀμύμονι πομπῇ,
　Εἴξει σῇ ἀρετῇ πᾶν γένος ἀντιπάλων.

Fausti ominis ergò f.

JOH. RODOLFUS WETSTENIUS
Oratoriæ Prof.

FINIS.

